Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

semitis meis. ut hoc lumine prae eunte dum semitas utrae istius gradimus. ad illam quae uia uera est perducamur ⁊

meis uerbum tuum. & lumen semitis meis ⁊

Iurare enim est. iure orare. idest aequitatem dicere. Neuelit quispiam quod promisit inpartem alteram declinare. Iudicia uero. iustitia sunt cum exaltat humiles. deicit superbos ⁊

Iuraui & statui custodire. iudicia iustitiae tuae ⁊

Cum se dicunt membra xpi usq. quaq. humiliatae. ostendunt multarum persecutionum se sustinuisse pericula ⁊ exhumilitate succ secundum promissiones di uiuificari ⁊

Humiliatus sum usq. quaque. dne uiuificame secundum uerbum tuum ⁊

Oris autem uoluntaria sunt sacrificia offerre laudis. non alicuius mundane utilitatis sed proprie uoluntatis intuitu ⁊ illa ergo petit ut reddantur accepta do quatenus hac oblatione placatus iudicia sua eum doceat que fidelibus mentibus dignatus est aperire

Voluntaria oris mei beneplacita facdne. & iudicia tua doce me ⁊

Anima mea inmanib. meis. hoc est quia anima mea in bonis operibus secundum quod lex tua iubet semp paratam habeo uel quia paratus sum martyrium propter te sustinere hoc specialiter commonemur ut sic redeamus ad legem ne discedamus a lege ⁊

Anima mea inmanibus meis semper. & legem tuam non sum oblitus ⁊

Quid sunt isti laquei. nisi detendiculae diaboli uel suggestiones eius in hac enim mundi silua tot laqueos inuenis quot uicia commiseris ⁊ sequitur remedium quod cognoscitur ista uenena purgare ⁊ scilicet quia a mandatis di minime declinaui. qui non declinat. ulla deceptione non capitur ⁊

Posuerunt peccatores laqueum mihi. & de mandatis tuis non erraui ⁊

Istae hereditas laetitia tua et aeterna possessio est ⁊ Testimonia sctissima pcepta di sunt ⁊ merito exultationem sui cordis esse dicebat. hereditatem regni caelestis ipse enim meretur adeam peruenire qui probatur deteli. adquisitione gaudere ⁊

Hereditate adquisiui testimonia tua in eternum. quia exultatio cordis mei sunt ⁊

Inclinaui cor meum ad humilitatem. ut te intellegere meruissem quia superbi non inclinant cor suum

Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in eter